

[III.] super exercendo autem officio dicti salis subscrip-
ta formam tenaciter observetis.¹⁾¹²

1) Line autore Forum
der Capitula salis
von 1274 bei Del
Giudice, Famiglia
di Re Manfredi,
app. 95 nota.

[1.] in primis, quod totum sal, quod inventum est
in principis predicti vestri officii in fundicis curie vel locis
aliis quibuscunque, a precessore vestro seu quocunque alio
pro parte curie receptis¹² et illud vendatis omnibus sa-
lem sponte emere volentibus ad rationem de tareno auri
uno ponderis generalis pro quolibet thummo, deductis
expensis omnibus in ipsius delatura et venditione factis vel
per vos forte inantea faciendis; ita quod de venditione
ipsa, expensis ipsis deductis, remaneat curie liquide et
pure tareno auri unus pro quolibet thummo vendito,
sicut per curiam domini patris nostri extitit hactenus
ordinatum.

[2.] et de quantitate predicti salis, quam ab ipso pre-
cessore vestro seu quocunque alio pro parte curie receptis,
faciatis eis ad eorum cautelam ydoneam apertam.

[3.] sal vero, quod antecumque ad partes iurisdic-
tionis vestre deferri contingerit¹² ab ipsius patro^{ro}no vel pa-
trono, pro parte curie ematis ad rationem de curcis auri
octo ponderis generalis pro singulis centum salinis, sic
ut per curiam est statutum, et de precio venditionis dic-
ti salis satisfacto patrono vel patronis ipsis pro ea
quantitate, quam emeritis ab eisdem.

[4.] et ne ex illicita prodigalitate aliquorum sal ha-
bendum et occulte forte vendendum proventus dicti salis
in eadem provincia minuari contingant, volumus et vobis
inungimus, ut de sale ipso per terras et loca iurisdictionis